



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 2. Nomina minorum locorum in terrâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

## §. 2. Nomina minorum locorum in terrâ.

VRBS locus amplior mœnibus septus : & pro Roma olim fumebatur, vt  $\alpha\theta\upsilon$  pro Athenis,  $\pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma$  pro Alexandria Ægypti.

CIVITAS olim distinguebatur ab vrbe, quòd hæc pro loco, illa pro hominibus fumeretur : sic ciuitas Heluetiorum dicebatur. Sumpta etiam est pro insulis maioribus vt pro Cypro, Sicilia. Imò & pro ingenti regione, vt pro Hispaniâ. Nunc autem ferè vsurpatur pro vrbe quæ Episcopum habet.

OPPIDVM vulgò pro *Minori vrbe* : aliquando etiam pro *Maiori*.

COLONIA, vrbs in quam pop. Rom. Ciues suos ad incolendum deducebat per legem Agrariam.

Sub  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Ciuium Romanorum, quæ iure optimo Quiritum fruebantur.} \\ \text{Coss. } \left\{ \begin{array}{l} \text{Latini Nominis, quæ tantùm iure Latij utebantur.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

Sub Impe-  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Militares cùm militibus in præmium assignabantur} \\ \text{ratoribus. } \left\{ \begin{array}{l} \text{agri quarundam vrbiũ.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

MUNICIPIVM, ciuitas extrinsecus in urbem ascita.

Dupli-  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Sine suffragio: vbi viuebant secundùm leges suas, & tantum} \\ \text{cis } \left\{ \begin{array}{l} \text{inter legionarios militabant: vt } \textit{Cerites}. \end{array} \right. \\ \text{gene- } \left\{ \begin{array}{l} \text{Cum suffragio: Ius ciuium obtinebãt, & legibus Romanis} \\ \text{ris. } \left\{ \begin{array}{l} \text{viuebant; habebant tantum sua sacra, quæ Municipalia} \\ \text{dicebantur.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

Attamen sæpè cum Colonis confunduntur Municipia.

FOEDERATA OPPIDA, vrbes, quæ foedus cum pop. Rom. percusserant : habebantque Remp. liberam, & suos Magistratus. Quod si Romano Iuri se obstrinxissent, dicebantur *Populi Fundi*.

PRÆFECTVRA, vrbs rebellis, aut ingrata pop. Romano, ad quam mittebatur quotannis *Præfectus*, qui in eâ ius diceret.

FORVM, vrbs, in qua *simul Ius dicebatur, & Nundina celebrabantur*. A Censoribus, vel Prætoribus instituta sunt Fora, dum vias sternunt, vel bella gerunt.

CONCILIABVLVM, vbi *Nundina tantum celebrantur*, rariùs dicebatur *Ius* : aliter *Emporium* ab  $\epsilon\mu\pi\omicron\rho\epsilon\upsilon\nu$  negotiari.

FANVM locus qui creuit ex Templi alicuius celebritate.

LECIO ciuitas in quâ disposita legio ab Imperatoribus Romanis ad Imperij tutelam, vel sanè pars legionis.

ARX vel ab *Arcadibus*, vel *arcendis* hostibus dicta; est autem locus munitus in monte. Quod si imperitet vrbi, *Acropolis* dicitur, vt *Acrocorinthus*.

CASTRVM: seu meliùs *Castra*, loca munita fossis, & vallo. Si autem miles hîc diutiùs confisteret *Statina* dicebantur, & quidem si per Hyemem *Hiberna*.

CASTELLVM: minus Castrum mœnibus præcinctum ad alas equitum continendas. Dicebatur aliter *Præsidium*, seu *Custodia*. Quæ tamen vox etiam dicitur de vrbibus in hostico, ad populos in officio continendos. Paruum autem Castellum dicebatur *Burgus*, vt vult *Vegetius* à Græco *πύργος turris*.

MVTATIO: vbi equos recentes inueniebant cursores.

MANSIO: locus assignatus militi dum iter facit, vt apud nos *les Estapes*, ou *les logemens*.

VILLA: domus aliqua in agris splendè ædificata: antiquis *Hortus*.

VICVS: locus ex pluribus villis constans, vnde *Vicani*.

PAGVS: Vicus ad Fontem, aut Fluuiolum. Sumitur item pro *Regiuncula* vt *pagus Velaunus*, *le pays de Velay*, &c.

§. 3. Nomina locorum in terrâ qua feris, & bestiis relinquuntur.

|      |                          |                                  |   |   |
|------|--------------------------|----------------------------------|---|---|
| MONS | Tumor<br>Alti-<br>simus. | pars superior<br>media<br>infima | { | Cacumen, Iugum, Vertex, Supercilium, Verruca. |
|      |                          |                                  |   | Clius, Dorsum.                                |
|      |                          |                                  |   | Pes, Radix.                                   |

COLLIS: humilior terræ tumor.

TVMVLVS: terræ minor congeries.

RYPES: à Colle, & Tumulo materia tantùm distat, nam è faxo rupes est.

CAMPVS { AGER: Campus aratus, aut arandus.

{ PASCVVM, vbi pecora tantùm pascuntur.

{ PRATVM: vbi falce herba refecatur.